Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



inspicam uel quem cumque aliam sui generis speciem mul
tipliciter diffundatur. & tanto cumulatius quanto uel
pertius agricola plus seminibus laboris impenderit
uel beneficium terrae fecundioris ipse dulserit. sic ergo
efficit ut cultus diligentia exiguum semen uerbi causa
sinapis. quod est minimum omnium efficiatur maius
omnibus holeribus. & fiat arbor. Ut ueniant uolatilia
celi & habitent in ramis eius. Ita & hic sermo quem nunc
nobis ex diuinis uoluminibus recitatus est. si pertum inueniat
& diligentem colonum. cum primo ad tactu uidetur exiguus
& breuis. ut coepit excoli & spiritualiter recreari crescit
in arborem. in ramos. & in uirgulta diffundit. Ita ut
possint uenire disputatores & rethores huius mundi qui
uelut aues celi leuibus pennis uerborum. Dum taxat
pompa excelsae sectentur. & arduae & rationibus capti
uelint habitare in ramis istis. in quibus non loquendi
decus. sed ratio uiuendi. Quid ergo faciemus & nos
de his quae lecta sunt prolis. similiter dns concedere
dignetur. spiritualis agriculturae disciplinam. si
pertitem colendi uiris doncere. Unus sermo ex his
quae recitata sunt intuentum posse longe lateq;
diffundi. sit tamen auditorum capacitas sinere. ut
uix nobis ad explicandum sufficere dies. Temptabi